





1523.
Quod Deus bene vertat

DISPUTATIONEM

De

M V T V O,

PRAESIDE

Clariss. & Consultiss. viro,

DN. IOHANNES-THOMAS
CLVDIO

In hac Iuliâ iurium Professore & pro tempore
facultatis iuridicæ Decano præcepto-
re suo colendo

Publicè exhibet

NICOLAUS Theman /
Pentzl. Meg.

In nouo auditorio maiori ad diem Majj.



HELMÆSTADIÏ,
Typis heredum IACOBI LVCII.

ANNO dō dō VXLII.

2
29.
9 /
1617 2, 3





QVAM

PRUDENTISSIMIS, RERVM MVL-
tarum usu expertissimis

Reipub. Pentzlinensium

COSS. ET SENAT-
TORIBVS

NEC NON

Præstantissimo & doctissimo viro,

HENRICO ERNESTI
Reip. Helmst. Senatori & Conciui primario
fuis fautoribus

Submisit inscribit

NICOLAUS Theman/ Auth. & R.





DISPUTATIO
Realium contractuum prima

De

M V T V O.

THESIS I.



Materiam contractuum locum principalem in iurisprudencia Iustiniana obtinere facile quisq; concedit: Ad dominium enim & Obligationem reliqua omnia quæ in legibus sunt referri possunt. *Mynsing. & Schn. ad prin. Inst. de Obl.*

2. Hæc materia in foro est frequentissima ferèque perpetua: Fluunt enim ex hoc fonte copiosissimæ firmissimæque actiones, quas Icti Conditiones vocant §. *appellamus Inst. de Actionib. l. actionum genera 25. de O. & A.* Hinc etiam oriuntur varia Dd. opiniones & controuersia, quæ iudici æquo dubitationem sæpe inducunt maximam.

3. Quæ cum ita sint recte nos facturos arbitror, si de hac disputationem nostram exordiamur.

4. Ad quod autem iuris obiectum hæc de contractibus materia referri debeat, inter Interpp. mire variatur: Alij ad actiones referendam esse statuunt, inter quos est *Schn. ad pr. Inst. de Obl. n. 2.* propterea quod actio veluti filia ex Obligatione tanquam matre nascatur *arguunt l. licet 42. § ea obligatio. de procurat.* Alij ad personas inter quas obligationes consistunt, reijciunt. *l. obligat. 3. in princ. d. O. & A. Vul. lib. 1. Iurisspr. Rom. c. 26. & discrept. Schol. c. 4.* Alij modis acquirendi adnumerant *l. species 11. de Acceptil. VVes. in princ. Inst. de Obl. Cæd. ad l. bonorum 49. n. 8. de V. S. ad noc enim*

A 2

obli-



obligationes inuentas esse, vt vnusquisque adquirat sibi, quod sua interest, ait *Imp. in §. alteri 13. Inst. de Inutil. stipul.*

5. Verum cum horum sententiæ non procedant simpliciter, sed ex parte eatenus, quatenus obligationes vt effectus ad causam referuntur; rectius hi facere videntur qui obligationes absolute & simpliciter sine vlllo alio respectu considerant, & rebus in corporalibus adnumerant, quorum sententiæ expresse probatur *§. in corporales Inst. de reb. corp. & incorp. §. fin. Inst. de usu & hab. l. 1. §. vlt. de rer. diuis.*

6. Obligationum quæ ex contractu oriuntur quatuor esse species *Imp. tradit in §. sequens diuisio 2. Inst. de Oblig.* Aut enim RE contrahuntur aut VERBIS aut LITERIS aut CONSENSU de quibus singulis DEO. adiuuante in aliquot disputationibus dispiciant alij.

7. Priusquam autem horum contractuum singularis consideratio instituat, contractus definitio præmittenda erit: In quarradenda quam parum sibi consentit De. vix dici potest; Complures definitiones collegit *Moriz in tr. de cont. art. 2.*

8. Qui putat veram contractus definitionem extrare in *l. Labeo 19. de V. S.* Quod contractus sit vltro, citroque obligatio; Et hic improprie obligationem tanquam effectum poni pro causa, quæ est conuentio.

9. Verum hæc definitio ad contractus saltem pertinet ex quibus nascitur obligatio ex vtroque latere, quos Græci συναλλάγματα, δύπλευρα appellant, & contractibus ex quibus nascitur obligatio ex altero latere tantum, quos Græci συναλλάγματα μονόπλευρα dicunt, non conuenit, verbis enim vltro citroque mutua saltem significatur obligatio *l. Seruus Mandat.* Idque satis etiam demonstrant exempla, quibus hæc definitio illustratur, sunt enim omnes contractus vtrinque obligatorij: stipulatio etiam & mutui datio à ICTO in *d. l. Labeo* contractui non ascribuntur, sed actus appellantur, cum tamen stipulatio & mutuum verè sint contractus. *l. 1. in fin. de pact. §. ius autem gent. Inst. de I. N. G. & C.*

10. Quare hæc definitio plerisque in sufficiens videtur, An-

29.
10. *Huibert. Conf. quest. 8. Quamuis in ea defendenda multum labore* *Gæd. in l. Labeo 19. de V. S.*

11. In libris iuris nostri nullam habemus plenam & perfectam contractus definitionem, quæ omnem contractum ex conventionem obligatorium complecteretur: Omnium tamen quæ apud Dd. sunt optimam esse putamus *Cuiac. in par. C. d. O & A.* Quod fit contractus conventio, quæ proprium & legitimum nomen habet, vel quæ nomine vacat datione tamen aut facto sumit effectum.

12. His præmissis ordinem Iustinianeam secuti *Inst. quib. mod. re contrah. obl.* nunc realium contractuum primum de Mutuo reliquis insigniorem videbimus.

13. Dicitur autem realis non quod destituatur consensu, qui in omnibus contractibus requiritur *l. 1. §. pen. in fin. l. ab emtione 58. de pactis*: Quemadmodum nec alij qui consensu constare dicuntur, non quod rem nullam complectantur, sed quod hos consensus, illum res potissimum absoluant: igitur quo magis in alijs, in alijs minus ad substantiam conferunt res & consensus, ita a principali semper denominatio est facienda *argument. §. singulorum 11. Inst. de Rev. diuis.*

14. Quinq; sunt realium Mutuum Indebitum, Commodarum, Depositum, Pignus *Inst. quib. mod. re contrah. obl.*

15. Ad naturam Mutui antequam accedamus, ante omnia vox explicanda erit; Vocis enim tractatio in principio semper est proponenda *argument. l. 1 in prin. de Inst. & iur.* & quæstio quid nominis debet præcedere quæstionem quid rei. *Mozz. tr. de contract. art. 1. 12. 1.*

16. Dicitur hic contractus Mutuatio *Vult. lib. 1. Iurispr. Rom. c. 31 & Mutui datio pr. Inst. Quibus mod. re cont. obl. l. 2. §. 1. 2. & 4. de reb. cred. sic cert. per. l. 1. §. 2. de O. & A.* proprie tamen dicitur Mutuum *pr. & §. item 2. Inst. quib. mod. re contrah. obl. & l. nam est 13. §. unde Papinianus de reb. cred. quasi μῆ τὸν hoc est de meo tuum pr. Inst. d. 1. l. 2. §. appellata est. 2. de rebus. cred. & c. VVeſembec. in par. d. t. num. 8.*

17. Et quamuis hæc Etymologia à multis improbat, siquidem.

dem mutuum semper non est, quando ex meo tuum fit, Sicuti
in permutatione & donatione apparet.

18. Quare mutuum a mutatione potius, quod pecunia, muta-
tur pecuniâ, & consistat in his rebus. quæ facilem mutationem &
promiscuum vsum recipiunt, nomen habere tradit *Cuiac. lib. 11.
obs. c. 37. Borch. tr. dereb. cred. c. 1. n. 2.*

19. Non facile tamen a nominis ratione quæ in dd. II tradita est,
recedendum erit: Cum enim dicimus mutuum appellari ex eo
quod de meo fiat tuum, id reciprocè intelligendum est vt de tuo
rursus fiat meum:

20. Et res quæ in mutuum dantur ita sibi inuicem æquivalent,
vt vna alterius vice fungatur *l. cum quid 3. de reb. cred. & c. id cum fit
mutuum solum est, non permutatio vel donatio l. Obligationum.
3. §. 1. de O. & A.*

21. Sic etiam quæ sunt reciproca, mutua vocamus, vt mutuum
amorem *l. 1. de donat. inter vir & vxor.* mutuum pensionem *l. vi-
ro 39. filiat. marim.* mutuas operas Terent. in *Phorm.* mutuum ob-
seruantiam *Don. 14. com. c. 1.*

22. Dicitur etiam interdum mutuum creditum *l. 2. §. 1. l. quod
si ab initio l. si socius 16. l. si tibi pecuniam crediderunt l. omnem
20. de iudiciis l. creditores 10. cum l. seq. de V. S.* Et debitores qui pe-
cuniam mutuam acceperunt *l. si quis absentis §. is quog. 3. de O. &
A. l. incendium 11. C. si certum petat.*

23. Vnum & idem tamen non sunt, sed creditum à mutuo dif-
fert qua genus à specie. Plures differentias vide in *l. 2. §. creditum
ergo d. 1. Borch. d. tr. hic c. 1. §. 1. n. 3. cum aliquot seqq.*

24. Quamuis frequentissime creditum pro mutuo vsurpetur
d. l. 2. §. 1. In hoc enim contractu præcipuè credit pecuniam & a-
lienam fidem sequitur, qui mutuo dat. *l. 1. §. illud. 10. de separ. l.
tutor. 10. §. cum habens 5. ad S. C. Velleian. l. ait prator. 10. §. si quis.
Qua in fraudem cred. V. Vesenb. in par. hic. n. 2.*

25. Hæc de notatione nominis sufficiunt, consequens est, vt
quid sit ipsum mutuum persequamur. Definimus autem mutu-
um Quod sit contractus quo quantitas alicui datur ea lege, vt in
eodem genere non in eadem specie restituatur *Borch. d. tr. c. 1. n. 17.
cum mult. seqq.*

Mu

26. Mutuum esse contractum I. Gent. & quidem nominatum *h. ex hoc iure s. de I. & I. l. 7. §. 1. de pact. §. 2. Inst. de I. N. G. & C. item stricti iuris satis liquet l. 2. §. 1. l. 3. hic. l. aut mutua c. de eo quod certo loco l. Titius 27. de presc. verb. l. 3. C. de usur. VVes. in par. hien. 9. & 12.*

27. Et proprium contractum esse affirmare non dubitamus. Illorum enim sententia, qui eos tantum contractus, qui verinque sunt Obligatorij proprios esse volunt; Reliquos autem qui ab vna tantum parte obligationem producant, improprios dici & esse contractus *Motz. tr. de contract. art. 4. de diuis. contract. n. 3. cum aliquor seqq. veritati non videtur consona:*

28. Idque manifestis iuris textibus doceri potest, quoties enim tractatu habito, negotium quoddam, inter aliquos contrahitur, toties propriè contrahitur obligatio *§. tutores quoque 2. cum seqq. Inst. de oblig. que q. ex contr. nasc.* Et hoc in mutuo verum esse nemo dubitare potest:

29. Reliqua in definitione differentiam à ceteris contractibus præsertim commodato & permutatione quibus hic contractus est intermedius, ostendunt: Verum cum hæc ad substantiam & formam mutui pertinent, de ijs infra videbimus:

30. Diuiditur vulgo mutuum in Naturale Civile & Mixtum: Naturale quando fit numeratio sine stipulatione de soluendo. Civile quando stipulatio interuenit de soluendo sine numeratione. Mixtum quando stipulatio & numeratio interuit *Motz. tr. de diuis. mutui n. 1.*

31. Contr. Bl. & alij quos allegat *Motz. de loco num. 4.* hanc distinctionem rejiciunt, & vnicum tantum mutuum quod re fit, statuunt, & rectè ita, quoad rem huius contractus ipsam, non vero quoad ipsum contrahendi modum.

32. Vnde etiam, hæc diuisio docendi gratia à veteribus videtur inuenta, quam modernos retinere posse statuimus *Vigl. Zuzchem in præl. ad l. 2. de rec. cred. n. 118.*

33. Aliæ & diligenter hic notanda *Borch. tr. hic c. 1. n. 1.* mutui diuisio est in verum siue proprium, & quasi quod & palliatum seu velatum dicimus *Motz. d. l. loco n. 13.* Verum, quod datione & acceptione rei fungibilis quam primum perficitur *l. non omnis 19. de reb. cred.* Fictum, quod ab initio nullum est sed ex post facto confirmatur. Quod.

34. Quod aut fit ab homine aut à lege. Ab homine transmutatione præcedentis contractus, veluti si depositam apud te pecuniam mutuam esse placeat, vel si debitorem meum tibi iubeo dare pecuniam, (idque fieri dicitur fictione brevis manus *l. singulariis. de reb. cred. Corraf. 6. miscil. 16. Borchold. d. rr. c. 1. n. 58. cum seq. ubi quid fit brevis manus explicat*) vt circuitus cuitentur *l. hac ratio 3. §. ultim. de donat inter vir & uxor ibi celeritate coniungendarum inter se actionum vnã actionem occultari l. dominus 53. de cond. indeb. Vigl. Zuich. in prat. ad d. l. singularian. 8.*

35. Quo pertinet casus cuius postea fecerimus mentionem si dedero tibi equum, vt tot vel tot florenis eum vendas & ea pecunia vtaris mihi que sis ex mutuo obligatus *l. rogasti 11. in pr. de reb. cred. l. si pro mutua 8. C. si certum petat.*

36. Ab homine etiam mutuum confirmari ex post facto rati habitione existimamus: si enim nummos meos tuo nomine dem, vel tuos te absente & ignorante fit mutuum, ideoque tibi conditio acquiritur *l. certi cond. 9. §. si nummos 8. de reb. cred.*

37. Quæ sententia licet à Borcholdo *d. rr. c. 1. n. 41. seq.* rejiciatur: tamen eam sequendam esse non dubitamus, quid enim certi condixerit qui certum ignorat? quare rati habito retracta facit vt ignorantia conditio adquisita dicatur *d. ll.*

38. Per liberam personam possessio tantum nobis acquiritur, non obligatio multo minus actio *l. 1. C. per quas personas nob. acquirit l. procuratorem 8. C. de adquir. & ret. poss. §. ex his itaq. Inst. per quas Person. cuiq. acquirit. Vbi Zasius.*

39. A lege confirmatur mutuum ex post facto, si res mutuo data sit à non domino *l. nam et si fur. 13. §. 1. de reb. cred. l. rogasti me 11. §. si fugitimus eod.* Aut ab ea qui sana mentis non erat *l. si a furioso 12. d. r. l. si a furioso 24. de O. & A.* Item pupillo *l. non omnis 19. §. si pupillus. de reb. cred. §. nunc admonendi Instit. quibus alienare lic. vel. non.*

40. Hic tamen necessario requiritur, vt res mutuo data bona fide consumatur. Mutuum enim quod numeratione pecuniæ contrahi non poterat, ex post facto consumptione conciliatur *dd. ll.*

41. Cuius rei rationem Iulian. reddit *in d. l. non omnis 19. §. si pu-*

29
pupillus. His verbis non alia ratione quam quod factio eius intel-
ligitur ad eum qui acceperit peruenisse: Quibus ostenditur domi-
nium in accipientem aliquando intellectuè transire *V. Borch. d. tr.*
c. 2. n. 11. cum seq. vbi hoc latius explicat.

42. Et hæ præpositæ diuisiones legibus fundatæ sunt, plures vi-
de apud *Motz. d. tr. de mutui diuis.*

43. De personis quæ mutuo dare possunt, hæc datur regula, quod
omnes dare possint, qui dominium & rerû suarum liberam admi-
nistrationem habent. *arg. l. nemo 54. de R. l. l. 2. §. in mutui 4. l. nam et si
fur. 13. l. si socius 16. de reb. cred. l. mater 3. C. de rei vind.*

44. Pupillus itaque sine tutoris autoritate credendo non ob-
ligatur *l. non omnis. 10. §. 1. de reb. cred. l. obligari 9. in princ. de auth.
vit. l. quod si forte 14. §. ult. de solut. §. nunc admonendi. 2. inst. Quibus
alienare lic. vel non. Item furiosus: l. si à furioso 12. de reb. cred. l. 1. §.
furiosum 12. de O. & A. l. in negotijs 5. de R. l. Et prodigus, qui furio-
so comparatur. l. furiosus 40. de R. l.*

45. Quæ tamen comparatio procedit tantum, quoad nexum
obligationis, quantum autem ad acquisitionem commodorum
pertinet, cum pupillo potius comparatur, & adquirere possessio-
nem potest. *l. is cui bonis 6. de V. O.* Ne videlicet interdictio quæ
in ipsius fauorem, & patrimonij conseruandi causa facta est, in eius
odium reflectatur. *l. quod fauore C. de ll.*

46. Prædictæ personæ, quamuis domini sint, pro arbitrio de
rebus suis disponere non possunt. *dd. ll. Borch. d. tr. c. 3. cum seq.*

47. Muti & surdi etiam sub curatela sunt, *l. 2. de Curat. fur. & sti-
pulari nequeunt, l. 1. §. pen. & ult. de O. & A.* si tamen quod a-
gatur intelligant, mutuo dare possunt. *arg. l. final. de honor. poss.
fur. l. seruo 65. §. si pupillo 3. ad SC. Trebell.*

48. Præsides prouinciæ temporarij *l. pres. 3. de Offic. presid.*
quamuis rerum suarum domini sint, & liberam de rebus suis di-
sponendi habeant facultatem, mutuum tamen pecuniam dare
non possunt *l. principal. 33. de reb. cred. l. 3. C. si certum petat.* Pro-
pterea ne potestate summa quam habent, abutantur, & provin-
cialibus aliquid exprimant & extorqueant *Motz. d. tr. c. de perso-
nis qua possunt mut. vel non n. 18.*

49. Secus est in eorum officialibus, qui mutuum pecuniam

B

dare

dare & scœnebrem exercere possunt, quia perpetui sunt *l. præsid. 34. de Reb. cred.* si enim illis non liceret mutuum dare, in perpetuum eis interdiceretur commercio mutui, quo maxime hominum natura indiget *Borch. d. tr. c. 3. n. 7.*

50. Tam duris legibus non coërcentur magistratus in vrbe *l. vn. C. de Contrañ. ind. & c.* maior enim est præsidibus in provincijs grassandi copia, si sua potestate abuti velint, quam magistratibus Vrbanijs *Cuiac. in par. ad d. l. vn.*

51. His ob frequentiam facti addimus, ludentes secum mutuare non posse, eius enim quod datum est nulla datur repetitio *l. quod si minor 24. §. pen. de minoribus l. fin. §. 1. Quar. rer. act. non dat. l. periculi 5. de nauit. scœn. l. in Except. 19. in fin. de prob. anth. interdicimus C. de Episcop. & Cler. vbi gl. VVes. in par. de aleat. in fin.*

52. Si tamen ludus consuetudine sit licitus, & frans non interuenerit, multo magis si ingenij vel exercitationis causa susceptus fuerit, aliud dicendum est *Clar. lib. 5. sent. §. ludus.* Quod simpliciter non esse approbandum eleganter tradit *Clud. tr. de cond. indeb. c. 6. n. 60. & aliquod seqq.* vbi secundum suam sententiam collegium iuridicum in hac celeberrima Academia aliquando pronunciaſſe testatur.

53. Interdum etiam non ipsi domini, sed ipsorum iussu & voluntate recte mutuo dant filiusf. *l. 2. §. in mutui datio. 4. de R. Cred. Seruus l. 19. 32. 35. de solutio. siue peculiares res siue eorum, quorum in potestate sunt Moz. d. loco n. 3. Procurator l. 11. l. 30. de vsur. l. 63. de procur. l. 58. & 63. de procur. Quibus adduntur & tutores l. 2. C. quando ex fact. tur. & c.*

54. Quod vero filiusf. viaticum à patre acceptum, vt illud ad sustentandos sumptus itineris, & ad alius vsus studiosi in Acad. necessarios collocet, mutuo dedit, extraordinario recipit iudicio *l. anm filiusf. 17. d. 1. Vigl. Zurichem in præliç. ad hanc legem.*

55. Nunc quantum natura relatorum nobis suggerit, animaduertimus, quicumq; mutuum ex se dare non possunt, eosdem nec accipere posse: Pupillus, furiosus, prodigus, mutus & prædicti alij mutuum dare nequeunt. Nec igitur accipere possunt.

56. Mirum videtur Zafio, quod cum filijsfam. ex omnibus contractibus & delictis obligentur, & tanquam cum patribus famil. illis

29
Iiscum agatur *l. filius. 38. de O & A.* ab hoc propter S. C. arceri debeant *Clud. de cond. indebiti c. 6.*

57. Sed odium creditorum seu potius feneratorum eiusmodi est *l. 1. & t. r. ff. & C. ad S. C. Maced. l. qui exceptionem 40. in princ. de Cond. indeb.* ne filijfam. votum affectandæ mortis paternæ concipiant *d. l. 1. ad S. C. Maced. l. ult. §. ipsum s. v. melius C. de bonis queliber.* Vnde non in solos filiosfamil. sed innepotes, & pronepotes vtriusq; sexus respectu aui & proaui porrigitur *l. pen. C. ad S. C. Maced. l. 14. ff. eod.*

58. Siue igitur gratis siue fanore pecuniam acceperint, perpetua exceptione S. C. Maced. tuti sunt *l. item 7. §. siue eod.*

59. Cui renunciare non possunt *l. iuris 7. §. si paciscar. l. si vnus §. pacta de pactis Clud. d. tr. c. n. 77. cum seqq.* tametsi iuramentum de soluendo apposuerint *per l. 14. §. 3. C. de non num. pec. per c. non est obligatorum de R. I. in 6.*

60. Et hoc in foro conscientix defendi posse non dubitamus, iusta siquidem lex est, & in iudicio animæ obtinenda & seruanda tradit *God. tr. de cont. & com. stip. c. 7. n. 290. cum aliquot seqq. Fachn. 2. santrouer. f. c. 62.*

61. Res quæcunq; mutuuario conceduntur, eas quantitatiuas esse oportet, id est quantitate, puta numero, mensura & pondere constare debent *in princip. Inst. hic & d. l. 2. de reb. cred.*

62. Cuius enim fiunt vtendo easdem consumit, *per §. constituitur Inst. de V. sif. Don. n. 11. C. commodati* consumptas restituere non potest, ergo alias quæ ad æquabilitatem reuocari possunt, restituere tenetur *Vult. ad d. princ. n. 13. Duar. ad. d. t. c. 2. v. tertio oportet.*

63. Verum quantitatem hic relatiuè considerare non debemus, sed abstractiuè per rationem à corpore: veluti debeo tibi centum thaleros, non poteris equidem *certum corpus spectare*, quippe non hos aut illos tibi debeo, sed *quantitatem* centum nimirum ex vniuersitate thalerorum *Borch. d. tr. c. 4. n. 2.*

64. Accursum *ad d. l. 2. & Azo* mirabiliter ab hac maxima concluderunt, panes carnes pisces &c. negantes & mutuo dari & accipi posse, cum tamen medium concludendi constare numero

B 2

pond.

pond. &c. habeant idem *Vide Cuiac. ii. obs. in fin. Vigl. Zuich. ad d. l. 2. n. 75.*

65. Cætera quæ functionem in suo genere non recipiunt, his non subiacent, vt sunt equi muli, ædes, vestes &c. *d. l. 2. pone me tibi mutuò dedisse equum, tu mihi restituis alium, propter omnimodam itaq; similitudinem, quam tuum ad meum non habet alium pro alio mihi inuito soluere videris Duar. d. l. & lib. 1. disput. Ann. c. 14.*

66. Siue igitur meliorem, siue reddas deteriore, utroq; modo in naturam mutui peccas, quo fit vt eandem speciem mutuò acceptæ pecuniæ Valore mutato restituendo non libereris *VVeßenbec. ad d. t. n. 12. Fortuito casu rei peremptæ tenearis. Donell. ad l. 6. C. de pign. act.*

67. Mutuum quoque non est donec contrahentium consensus abest, *l. si ego pec. hic.* Implicant enim hæc manifestissimam contradictionem, qui dedit rem in eodem genere est recepturus, qui cepit si disenserit, & donatam sibi quæ tradita est, putauerit, nihil reddit omnino.

68. Cui donata est, quam mutuam recognoscit, idem est, adeo vsq; vt etsi quis ad hoc non deputatus donatoris ad donatum proprio motu perferat voluntatem, non tamen ideo magis donatio subsistit, *gl. in l. nec ambigi C. de donat. quam sequitur Barl. l. absenti ff. eodem.*

69. At si in rem consentiunt vterque, siue illa sit dantis, siue alterius cuius dandæ vel retinendæ accessit voluntas, aut data postea ratihabito, contractus hic benigne conseruatur. *l. 15. hic l. 34. Mand. Trentl. disp. 20. r. 3. Vol. 1.*

70. Ita debitor iussu creditoris numerat alicui pecuniam *l. singul. d. t.* Qui mihi debebat ex causa mandati retinet pecuniam, quam ex re mea habet, *l. qui negot. Mand.* Ita depositarius rem retinet depositam *l. certi condit. §. depositi h. n. t. qua breuis.*

71. Qua ratione res quæ vendenda concessa est, & cuius venditæ precio vtitur vendans, mutua pecunia creditor *d. l. qui negot.* quod frequenter fit in inferrori Germania & nostra Saxonia *da sices heissen einen Vmbschlag/Item res æstimata l. 8. C. h. t. Vbi Gothof. Trentl. d. loco l. th. 6.*

Nec

72. Nec tamen hinc sequitur quod vult *Cuiac. tr. 8. ad Afric. ad d. l. 34. §. 8. Obscrv. 8.* nudo consensu hodie mutuum contrahi posse *Fab. 5. Coni. 18.*

73. Numerationi pecuniæ, hoc est mutui dationi, omnia inferi possunt, quæcunque stipulationibus inferuntur *l. omnia hic.* Prout igitur stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione contrahitur *§. Omnis Inst. de U. & O.* mutuum similiter contrahi necesse est.

74. Sub conditione quod contrahitur, collatum est vel in præteritum, præsens & futurum *§. conditionis Inst. d. t.* Exempla cuiuslibet fingere licet. Proprium a conditionis præteritum & præsens propter infallibilem rei certitudinem non merentur. *per d. §. Inst. & l. si stipul. de V. O.*

75. Conditionum natura est suspendere actum *d. §. 4.* præsens & præteritum non patiuntur suspensionem, præteritum alias non esset præteritum, nec præsens esset præsens.

76. Itaque ex natura rei in momento tenet, vel non tenet stipulatio, si tenet, pura est, ideoque & mutuum, si non tenet, omnino nulla est, nullum est & mutuum *d. l. §. 1. stipulor. de V. O.*

77. Quod si purum cum conditionali concurrat, ut quam mihi pure promisisti pecuniam, alteri sub conditione me iubente promittis, ante existentem conditionem agi non potest *l. pecuniam h. t.*

79. Etsi stipulator conditionalis promissorem in fraudem eius manumissurum prohibere potest *l. cum. is. Qui & à quibus manumiss. & c.* vel in eius bonorum possessionem mitti *l. in poss. Quib. ex caus. in pos. eatur.* quidni dicamus eum qui mutuum promisit, si alienare vellet in alterius fraudem impediendum esse *Borchold. d. tr. cap. 6. numer. 9.*

79. Mutuum non sapit naturam donationis, est itaque reddendum quo supra dictum est modo, in eodem genere & eadem bonitate *per d. princ. & l. 3. hic.* Necuius usu benevole caruisset, eam minus bonam reciperet.

80. Hoc bonum vel est internum, vel externum: Externum circa additamentum vel decrescientiam valoris attenditur *vann der Werth gesteigert, oder fallt:* Internum vero circa ipsius materiae

Seu ligæ mutationem wann Schrot vnd Korn verendert / *Schn. ad 5. bona fid. Inst. de Adl. Gail. 2. Obs. 73.*

81. Hoc nisi conuentione præcautum est, aut mutuantis interfit, parum respicimus, dummodo valor & æstimatione eadem maneat per *l. 1. de contrah. empr. & vend. Treutl. d. disp. th. 12. lit. a.* sic mutui substantiam non lædit, sequeretur hoc alias absurdum, quod si eiusmodi bonitas non inueniretur, nunquam recte mutuum solueretur *Mynsing. cent. 4. obs. 1. Gail. d. l. n. 5.*

82. Externi vero est, quod rationem habeamus, quod mutatum, si pars pro parte restituitur naturam mutui lædit, quare se referant contrahentes ad tempus contractus, & quod accreuit detrahat, quod decreuit intra tempus solutionis suppleat debitor *Myns. d. loco.*

83. Qui accepisti Ioachimicos tempore contractus 24. Valentes, nisi aliud in contractu dictum est, detrahe residuum, vel quod pluris valebant supple, pronunciat *Camera teste Mynsinger.*

84. In quo secessum sumit pecunia numerata ab alijs rebus mutuo datis, veluti frumento vino &c. quod probè notauit *Don. ad l. 3. h. t.* hæc æstimationem (remoto tempore necessitatis, quo etiam ut vendat quis cogi potest. *Sebast. Med. de fortuit cas. part. 1. quest. 6. n. 39.*) non recipiat, cum aliud genus omnino solueretur, quod lædit naturam mutui & proinde neque augeri minuiue potest.

85. Periculum diminutionis est penes debitorem, penes quem est augmentationis fortuna: caueat tamen ne sit in mora soluendi, quo casu augmentationis beneficium cedit mutuantis, apud quem eodem modo auctum esset solutum per ea que hab. *Treutl. Vol. 1. disp. 15. th. 7. l. 6.*

86. Ex his nascitur actio, mutui effectus, quæ certi conditio appellatur *§. 1. hic*, quæ quod solutioni deest consequi poterimus. Est hæc numero vna est, ex omni obligatione vnde certum nobis debetur competens *l. 9. sape d. r. Gæd. de contrah. stip. concl. 2. n. 9.*

87. Non est specialis quam vulgo faciunt *Dd.*, quæ si esset, conclusionis aliqua diuersitas deprehenderetur, at concludendi diuersitas non oritur nisi à medio diuerso, quod hic est æquale *certum deberi l. 9. d. r.*

88. Quod si specialis euadit, quia additamentum illud ex mutuo

tuo sumit, quod putat Sichard. iam non tantum ex mutuo specialis erit conditio: sed omnis ex omni contractu specialis erit. Si quis velit tenere contrarium potest, quia nullius, aut certe modicæ est utilitatis subijcit *Iasôn. ad. d. l.*

89. Hæc ipsa conditio patet mutuari rem alienam, stipulatione numerationem secuta, vel non secuta, si extat verus Dn. vindicare eam siue ad exhibendam agere potest. *Sich. ad nostram tit. n. 5.*

90. Si consumpta est fictio iuris reconciliatur mutuum per consumptionem, quod supra plenius text. est in *l. nam ex fur h. r. & l. si quis pro eo §. si nummos de fideiuss.* Ideoque etiam à numerante non domino, verò domino nõ agente aliàs ille excluditur, agi potest.

91. Quid fit tum, cum neque stipulatio interuenerit, neq; numerationem cognouerit dominus, neq; pecuniam consumperit alter? detentor cuius dolo non est consumpta numeratori tenetur per *l. in re ciuil. de condit. & demonstr. argument. l. 9. §. si oleum de dolo h. labeo in fin. de contrah. empt. & Vend.*

92. In ciuili, quod ita vocare libet, mutuo quo ad actionem secus est: In hoc intra biennium propter exceptionem non numeratæ pecuniæ nulla est exactio crediti, infra verò biennium confessio & tradita cautio debitorem præcise constringunt *ut est in prin. d. liter. oblig. & §. 2. Inst. de Exception. l. 14. §. 3. C. de Except. non num. pec. Dwar. d. l. c. 6. in fin. Sehn. ad §. 4. de const. autem pecunia n. 26. de Action.*

93. Post idem tempus principes & Comites, quorum procuratores cum mandatis missi, si de recipiendo mutuo cauerint, & mutuaturum chirographum præbuerint, obligatos censemus. *Vigl. Zwich. ad l. 2. n. 121.*

94. Contendant alij præsumptionem iuris, quæ sit ex lapsu biennij, tantummodo contrariæ probationis onus in debitorem reijcere, si velint naturam & essentiam literarum obligationis euertere *per r. t. Inst. de lit. O.* attendant perfectam cautionem, propriam confessionem, & temporis præscriptionem, hæc non tantum præsumunt, sed & super præsumpto disponunt *argument. l. fin. In quibus causis rest. in integ. Arum. exerc. 12. th. 12.*

95. Quam igitur manifestum est ex hoc tempore debitori ex causa debendi, creditoti vero cum effectu exigendi existere principi-


cipiam ; eo magis vter creditorum , ciuilis an naturalis mutui in
solutione præferendus sit obscurum est.

97. Parem vim temporis causæque respectu habito, obtinere v-
trumque non est absurdum, præsertim cum exinde quo diximus
naturalis mutui naturam adsumat, proinde alteri, qui naturali-
ter in intermedio huius credit, præfertur *per ea qua st. sub l. 9. §. 1. &
2. l. 11. §. 1. ff. qui. potior in pign. & c.*

97. Quæ magnam habent controuersiam, huic exiguo quod su-
perest chartæ spatio vltimo loco subijcimus, Creditorem cuius
crediti beneficio ædes emptæ fuerint, si ei pignori obligatæ fue-
rint, donec debitum solueretur, creditori cui ante omnia sua bo-
na præsentia & futura obligarat emptor, potiores esse. *per l. 1. §.
vltim. & seq. de reb. eor. qui sub iur. & qua habet Cuiac. ad Afric. 8. ad l.
9. ff. Qui potiores.*

Atque hæc de mutuo dixisse sufficiat, ne
alteri contractui, per quod singularem
disputationem meretur au-
feramus.

F I N I S.



Helenstedt, Diss., 1616-19

ULB Halle

3


004 592 670



Num 1+13+23

V07







152.
Quod Deus bene veritat

DISPUTATIONEM

De

M V T V O,

PRÆSIDE

Clariss. & Consultiss. viro,


DN. IOHANNÉ-THOMAS
CLVDIO

In hac Iuliâ iurium Professore & pro tempore
facultatis iuridicæ Decano præcepto-
re suo colendo

Publicè exhibet

NICOLAUS Theman /
Pentzl. Meg.

In nouo auditorio maiori ad diem Majj.



HELMÆSTADII,
Typis heredum IACOBI LVCII.

ANNO dñi dñi VVII.